

Author: Desbillons

Title: 5.34 Simius et Vulpecula

URL:

https://archive.org/details/bub_gb_15kOAAAQAAJ/page/385/mode/1up?view=theater

Jactabat olim Simius Vulpeculae

Suam, exprimendi animalium quorumlibet

Gestus et habitus, singularem industriam.

Vulpecula refert: Hoc tibi dabo lubens,

Nullum animal esse, quod imitari non queas

Ad speciem, at illud tu mihi vicissim dabis,

Nullum inveniri, quod imitari te velit.

Fabella carpit vile mimorum genus.

Olim

Simius jactabat Vulpeculae

suam singularem industriam

exprimendi gestus et habitus

animalium quorumlibet.

Vulpecula refert,

"Lubens dabo hoc tibi:

nullum animal esse

quod non queas imitari

ad speciem,

at vicissim tu dabis illud mihi,

nullum (animal) inveniri,

quod velit imitari te.

Fabella carpit
vile genus mimorum.

Jacta·bat o·lim Si·mius · Vulpe·culae
Su~ ex·primend~ · anima·lium · quorum·libet
Gestus · et habi·tus, sin·gular~ · indus·triam.
Vulpe·cula re·fert: Hoc · tibi · dabo · lubens,
Null~ ani·mal es·se, quod i·mita·ri non · queas
Ad speci~ · at il·lud tu · mihi vi·cissim · dabis,
Null~ in·veni·ri, quod i·mita·ri te · velit.
Fabel·la car·pit vi·le mi·morum · genus.